

## 320 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

*Quid sit  
requievit in  
tabernaculo  
meo?*

*Virgil.*

*Rom. 8.26.*

*Colof. 2.9.*

*tabernaculo meo? Universæ ex Graeco translationes habent; Requiescere fecit; vel fixit, seu collocavit Tabernaculum meum: aut requiesceret me in Tabernaculo meo: vel habitacionem mibi constituit: aut, fecit ut requiesceret Tabernaculum meum. In cuius rei confirmatione adducit illud Virgilianum in Pharamaceutria: & mutata suos requierunt flumina flutus: id est, quiescere fecerunt. Et Plautus Milite: quiescas cetera. Et quiesce istam rem, ego certe video. Et quiesce tumultum hunc, qui est ante ostium. Locus iste habetur in Mostel. Sic etiam Paulus ad Ro. 8.26. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: id est, postulare nos facit gemitus, & orationis dono. Palauos sic Ecclesiastici verba extulit: decrevit circa Tabernaculum meum: quod Hispanæ dicimus: adesto in esto. Non malè. Quem sensum etiam Vulgata versio admittit: requievit in Tabernaculo meo. Quæ verba propriæ, ut sonant, possint forsan melius exponi in hunc modum: Creator omnium, & qui creavit me, quique requievit in me quasi in tabernaculo, præcepit, & dixit mihi &c. Habitat enim Pater in Filio per circummissionem divinam. Vel potius divinitas ipsius Filius quæ Deus est, & persona divina in humanitate sibi unita, quasi in divinissimo sacratissimo habitat Tabernaculo. Utroque modo explicant Jansenius, Hugo, Dionysius Carthusianus, Rabanus, & recensiones alii. Ut enim Paulus ad Col. 2.9. In ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Id est, entitate, & veritate non in umbra, & figura. Licet hoc dictum sit cum intuui ad Moyis Tabernaculum, in quo Christus, quæ Dei Sapientia est, & homo futurus erat, speciali titulo, umbra, figura habitabat: donec in assumptione humanitatis veritate in Ecclesia sedem figeret, quæ Tabernaculi voce solet in lacris litteris portendi.*

Hæc, quæ de Christo diximus, primariò utique sensu litterali, cadunt secundariò in ejus Matrem Virginem Deiparam, ut ex elucidatione textus claret.

### TEXTUS ILLUSTRATUS

#### De Christo Domino.

##### SECTIO I.

*Christi Domini vel à mundi exordio quodam modo præexistentis, Hereditas, portio, & posse, exiit Hebreus Populus, quem ipse singulari providentia prosecutus est: & quare.*

*1250 P*rincipio statuendum censeo quod jam alias prænotavi n. 1080. & 1083. ut homo est, nempe Christum Dominum non solum quæ Mundi ex. Persona divina est, sed etiam quæ homo, portio præx- no quodam sensu, cui Theologi, & Patres applaudant, vel ab ipso mundi exordio præexistisse; ob Incarnationem scilicet ita prædeterminatam, atque præordinationem a Deo, ac si facta jam esset, & re ipsa magna operaretur. Etenim in hoc sensu sancti Ecclesiæ Proceres explicant illa Proverb. Prov. 8.23. 8.23. verba, Ab aeterno ordinata sum; de Sapientia Incarnata; ut eruditè ibi observat nostri Salazarus. Et hunc eundem sensum redunt illa Judæ v. 5. Jesus populum suum de te- *Et ille qui  
Prophetis lo-  
quebatur.*

*Christus  
qua ratione,  
ut homo est;*

*ut Mundi ex.*

*Portio, &*

*posse,*

*exiit*

*Hebreus*

*Populus,*

*quem ip-*

*se*

*prose-  
cutus est:*

*& quare.*

*Et quia in  
Sanctis ve-  
tete-  
ribus opera-  
batur, qua-  
jam homo  
factus, &  
passus.*

*Qui in ve-  
teri lege ap-  
parebat,*

*Christus*

*era.*

*Tertull.*

*sterret,*

*ut facilius*

*crederemus*

*Filiu*

*Dei*

*descendisse*

*in seculum,*

*si & retro*

*tale quid ge-*

*sum agnoscere-*

*mus. Qua de re*

*fusse & eruditè*

*noster Antonius Ferdinand,*

*in visiones veteris*

*testamenti,*

*vifione 6.*

*Commentario 2.*

*Sect.*

*1. Tena in cap. 1.*

*Epistolæ ad Hebreos,*

*dif-  
ficultate 1. & 2.*

*Tertiò,*

*quia veteribus Pro-*

*phetis,*

*quasi ipsorum Præsidem,*

*five Archi-*

*prophetam,*

*divinum Patris Verbum,*

*perinde*

*quebatur.*

*Et ille qui*

*Proprietatis lo-*

*quebatur.*

*Isai. 52. 6.*

*Et illa qui*

*adsum.*

*Vide ad haec verba S. Cyril-*

*lum,*

*Cafrum & alios*

*commentato-*

*res:*

*nec non*

*Soterum Papam in Epist. 1.*

*Decretali,*

*Euse-*

*bium 6.*

*Demonstrat.*

*capit. 24.*

*& nostrum Pi-*

*nedam libro 3.*

*de Salomone capit. 8. §. 4.*

*1252 Quartò,*

*quia quem præfertim vide-*

*bant Prophetæ,*

*& a quo videntes appellabantur,*

*erat Christus Dominus sub humana forma*

*virili objectus,*

*quamvis insigni majestate,*

*& pulchritudine interdum,*

*interdum abjecta &*

*humili,*

*hominis nempe in stabulo nascentis,*

*circumcisi,*

*plagati,*

*vulneribus confossi.*

*Sic*

*Beda l. 3. c. 43.*

*in c. 10.*

*Luce,*

*ubi Propheta-*

*vitas*

*five intelligentes nuncupatos scri-*

*bit,*

*à Christo videndo,*

*sive intelligendo:*

*quasi nihil*

*nihil*

## Pars III. ad V. 11. 12. 13. 321

nihil propheticis oculis dignum, praeter Christianum; quasi ad Christianum unum videndum propheticum lumen inditum; quasi in illum unum perinde atque in scopum, Vates omnes vaticinam mentis aciem intenderent. Hinc ille qualis qualis, Propheta tamen, Nu. 24. 15. Irruente in se spiritu Dei, assumpta parabolâ sua, ait: Dixit Balsam filius Beor: dixit homo, cui obturatus est oculus: dixit auditor sermonis Dei, qui novit doctrinam Altissimi, & visiones Omnipotens videt, qui cadens aperios habet oculos. Grandis visionis apparatus, quo nullum sublimiorum legilis autem Adamantius. Dixit homo, cui obturatus est oculus, LXX. Vaticanus: Dixit homo vere videntis Chaldaeus: speciosè, gratae, jucunde prævidens. Regia, & Cöplutensis: Verax videntis. Id est, pulcherrimum, verumque objectum speciosissimum spectans oculis, eximia animi jucundatio, & suavitate. Quod statim commendat: Videbo illum, sed non modò; intuebor illum, sed non propè. Orientur stellæ ex Jacob, & consurgat virga de Israel. De Christo vaticinium est quod Vates innuit non in se ipso, sed longè post, in ejus nepotibus Magis Regibus implendum esse, ut multi Ecclæsiæ Doctores interpretantur. A Christo igitur eminus viro vere, speciosè, atque jucunde videntis dicitus Balaam. Et merito; nam Abraham multò ante videntis Christi diæ, exultavit, Joan. 8. 56. nec tamén cominus videre licuit, sed à longè insipientes, & salutantes, ut ait Paulus ad Hebreos 11. 13. Vé juxta Syriacam, à longe videntes, & gaudentes: in unum scilicet Christum intendebat Prophetarum acies.

1253 Quinto, quia vel ab origine mundi Christus ipse in antiquis sanctis operabatur, quasi præexistens jam est per Incarnationem, & Crucis mortem subiisset. Est enim catholica veritas illa controversia ab omnibus probata, Christum meruisse antiquis Patribus, sicut & nobis, omnia dona gratiarum, ut nihil gratia præcis hominibus, qui ante Christum vixerunt, donatum fuerit, quod non fuerit collatum intuui meritorum Christi. Atque hoc de causa dicitur Christus Apoc. 13. 8. Agnus occisus ab origine mundi. Et Siracides noster Lavidem commandans c. 47. 13. ajebat: Dominus purgavit peccatum ejus. Pro Dominus, Rabanus, Jansenius, & ali legunt Christus: atque ita exponunt, Christus & quæ Deus, & quæ homo, peccata Davidis purgavit, dimisit, abolevit, condonavit. Hinc illud Augustini lib. 1. de peccatorum meritis & remissione c. 11. Regnum mortis sola in qualibet homine gratia destruit Salvatoris, quæ operata est in antiquis sanctis: quicumque antequam in carne Christus veniret, ad ejus tamen adjuvarem gratiam, non ad legis liberam, quæ jubet tantum, non adjuvare poterat, pertinet. Quæ est etiam aliorum Patrum doctrina. Videbis nostrum Vazquez Tom. 1. in 3. p. disput. 77. cap. 6.

1254 His adjunge, & subinde inter, fideles omnes etiam qui ante Christum vixerent, Christianis accensendo, & eorum fidem ac religionem Christianam nominandam; quia typis & umbris id ipsum credebant, quod nos distinximus & explicavimus: & in Christum auctorem & consummatorem fidei aliqua ratione collimarent credendo. Audi S. Augustinum in Ser. 109. de diversis. Nec quisquam arbitretur, an tequam est Christianus, nullum fuisse populum Deo. Imò vero, ut sic loquar, quemadmodum se

*Christo He-  
braorum po-  
plus uti  
propria se-  
des, heredi-  
tas & posses-  
sio affinan-  
tis.*

*illum popu-  
lum sibi  
Deus elegit;  
quis ex eo  
Christus in  
nasceretur.*

*Gen. 22.16.*

veritas habet, non nominum confuctudo, Christianus etiam ille tunc populus fuit. Et mox loquens de martyribus veteris testamenti, subtextit: Christiani fauimus: sed nomen Christianorum postea divulgañt est, factis antecesserunt. Non confitebant illi aperte Christum, quia adhuc velabatur Christi mysterium. Testamentum enim vetus, velatio est novi; & testamentum novum, revelatio est veteris testamenti. Lege eundem Doctorum 1. 3. contra Epistolas Pelagianorū c. 4. & hinc revoca illud Can. 1. 2. Olem effusum nomen tuum. &c. qua ratione explicamus suprà.

1255 Ex hacenus dictis claret, quo iure asservamus, Christo vel à mundi exordio (modo jam explicato) præexistenti assignatum Hebreworum populum tanquam propriam fedem, hæreditatem, & possessionem: quam ad divinum cultum eruditæ faniendo leges, ritus, ceremonias mysteriorum futurorum prænuntias; illum instruendo per Pontifices, Scriptas, & Pharisæos; dando eis oracula & responsa; nec non Prophecas, qui ventura prædicarent, & Christi adventum ex eo populo nascitur; ac denique eos prosequendo tot miraculis, & beneficiis, tantaque, & tam singulari providentia. Vere Christianus etiam tunc ille populus fuit, ut ajebat suprà Augustinus. Vere Christo ipsi populus peculiaris, acceptabilis, egregius, præcipitus, opulentus. Deut. 7. 6. Vé in illius populi electis radices misit, fidei, spei, amoris, & devotionis. Unde colligere est (ait Palacios) nullum electum fuisse inter Judæos, qui non haberet affectum, & anorem erga Filium Dei: nihil moror implicite, an explicite.

1256 Petes, quare Deus elegit sibi Israëliticum populum in hæreditatem, in possessionem, in thesaurum pretiosissimum? Quors

## In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

**322** *s. Ambros.* scribit ad Ephes. 1. 3. vide ad hæc Genesis verba, nostros Pererium, Cornelium, Del Rio, Benedictum Ferdinandum, Bonfriem, Tiri- num. Opportunè hic S. Ambrosius lib. 1. de Abraham c. 8. *Ob hoc quoque Abram prome- ruit Deum:* nempe ex semine Abrahæ nascitu- rum humana nascitur. Lege nostrum Vazquez in 3. p. Tom. 1. disp. 23. cap. 5. ubi sa- plenter probat, antiquos Patres meruisse cir- cumstantias alias Dominica Incarnationis, inter quas enumerat circumstantiam spiritus, ut quod orundus esset Christus ex semine Abraham, Isaaci, Jacobi, & Davidis.

### S E C T I O N I I .

*De sanctissimis, & prælustribus Christi Dei pro- genitoribus ex Abraminitica Gente, ad il- lud: Et in electis meis mitte radices.*

**1257** R Ecognosco in prædictis verbis anti- quos sanctitatem, & nobilitatem præ- lustres corporati Dei Progenitores, in quibus Incarnata Sapientia radices egisse dicitur, juxta seriem ipsorum deductam per Evange- lium Matthæum c. 1. 1. ab uno Abraham usque ad Virginem, à qua tandem Christus pro- duit: est enim frequens in sacris litteris, pri- mos generis autores radices appellari, & Parentes dici filiorum radices, sumpta meta- phora ab arboris radice, unde fructus manant.

*Isa. 27. 7. Qui ingreduntur impetu ad Jacob.* Hieronymus ex Hebreo legit: *Qui egrediu- tur de radice Jacob.* ut ostendat, filios Jacob à parente, tanquam à radice vehementer cres- cere, & pullulare. Ezechi. 16. 3. *Radix tua,* & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa. Id est, origo tua, five progeni orum ex terra Chanaan, in qua habitavit Abrahamus; natique sunt ei filii Iaac, & nepos Jacob duodecim Patriar- charum pater, ex quibus veluti è radice pro- divisi. Sic etiam Iса. c. 11. 1. præsaga mente de Matre Virgine, hujusque Filio gloriose vaticinans, ait: *Egedieatur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet.* Re- giam Davidis familiam radicem appellat, à qua corporatum Verbum, & ejus Parentes Maria. Univerlos autem Christi Progenitores electos vocat noſter Siracles, quod consultissima eos divinae providentiae electio ad tantum evexerit dignitatis fastigium, ad tantam virtutem, tantamq; nobilitatem, dignos sic redi- dens operis sui adminiftratos. Hanc igitur Pro- genitorum Christi nobilitatem, quasi pietatis appendicem, & religionis sequelam expendere & illuſtrare nitor, & ex illa Christi, quæ ho- mo est, gloriam.

**1258** Etenim quatuor capita sunt, ex qui- pita, ex qui- bus nobili- tates peti- tur. Primum, genus antiquâ illustrum avorum serie numerorum. Secun- dum, religiosa in Deum pietas. Tertium, sa- pientia cum universa bonarum artium discipli- na. Quartum, militaris virtus, multo facino- rum splendore insignis. Ad quæ nobilitatis præcipua capita facile fuerit cetera referre, quibus integra, perfectaque nobilitas, veluti propriis numeris absolvitur. De his ergo, ut humanas omittam (de quibus videlicet Tiraque. l. de Nobil. c. 2.) lacris litteris affatim instrui- mur. Primum Genus nobilissimum ille Eleazarus 2. Mach. 6. 23. ingenitæ nobilitatis canitatem appellavit; id est, priscam avorum plurimorum apud

antiquitatem. Item gloriissimum illum Regi- ginam divini aulici, à genere planè commen- darunt, vocantes illam filiam Principis, enal- logicæ, Principum, sive et sit Hebraica Ecclesie nobilissima orta Principibus, Abrahamo, Isaaco, Jacobo, cæterisque ducibus ac Patriarchis clarissimis: sive Evangelica Ecclesie tanti Regis Christi, Apostolorum, ac Martyrum sanguine creta, sive ejus Mater Deipara, orbis insimi, supremique Regina, cujus tot, talesque avi, atavi, proavi Principes recen- sentur Matt. 1. Secundum, nempe religionem ac pietatem ad nobilitatem spectare, usque ad eò verum est, ut quem supremo fæderio auxerat, ob ignobilium filiorum irreligiosam impietatem sic affetur Dominus 1. Keg. 2. 1. Reg 2. 30.

30. Loquens locutus sum, ut domus tua, & do- mus patris tui ministrarent in conspectu meo, us- que in sempiternum: abis hoc à me: sed quicum- que glorificaverit me, glorificabo eum; qui au- tem contemnit me, erunt ignobiles. Vide ibi no- strum Mendoza & c. 9. v. 6. ejusdem lib. Tertia

Sapientia nobilitati adnectitur Deut. 1. 15. & Job. 30. 8. Filii fultorum, & ignobilium, & in Job 30. 8. terra penitus non parentes. Hebraice, filij satui, & abque nomine: quasi obscuritas, & ignobilitas ab insipientia proveniat. Denique huc spe- dat militaris gloria, quæ plerosque nobilita- vit sacros heros Jofue, Samlonem, Davi- dem, hujusque illos duces strenuissimos. Le- ge 2. Reg. 23. maximè v. 19. & 23.

1259 His positis, paulò altius, longius, la- tiusque petamus Hebraicæ Gentis nobilitatem; & nobilissimæ arboris primam exquiramus ori- genem, quæ tantum extulit fructum Christum Deum & hominem. Multa de Israelitica Gen- tis origine commenti sunt exoticæ scriptores. Manethon l. 8. Ægyptiacorum ex Ægyptio- ri Biblii apud Josephum lib. 1. contra Appio- nem, Hebraeorum primos parentes vocatos ita.

De Israeli- ca Gen. is o- rigins nobilis- simæ, va- ria jense- tia.

Interpres Eusebii 10. de Praeparat. c. 3. igno- rios. Adjicit præterea ex vulgaribus tamén, ut fatetur, fabulis, eos utpote leprosos, Ægypti fæcemi, provincia tandem abactos. Quæ etiam vel imperiti, vel invidi mentiti sunt cæteri ferè scriptores Ethnici, Cheremon, Lysimachus, Appion, quos strenuè confutat Jose- phus l. 1. & 2. contra hunc Grammaticum, & S. Theophilus Patriar. Antioch. l. 3. contra Christianas religionis calumniatores ad Antolycum Tom. 5. Biblio. Idem fabulantur ju- niores illi, Justinus l. 36. Cornel. Tacitus l. 21. Annal. Diodorus Siculus l. 34. Historia apud Photium in Biblio. Cod. 244. Philostratus in vita Apollinis, quorum testimoni- a fabulosis illis narrationibus nituntur, ex quibus se exscripsisse fatur Manethon, quem isti ducem habuerunt.

1260 Alii, si minus indignè, perinde tamen falsò Hebraicorum originem retulerunt ad Arabes, teste Manethone; alii Cretenses Ideo inde aucto nomine, Iudeos putaverunt; alii Æthiopum prolem dixerunt; alii Asyriorum convenas indignum agrorum populum; alii clara illorum initia, nempe Solymos carminibus Homerii celebratam gentem. Quas opinio- nes retulit Tacitus. Justinus l. 36. origi- nem illis tribuit Damascenam. Strabo l. 1. 6. Ægyptiam originem. Indicam Megasthenes apud

*Parentes sunt filiorum radices.*

*Isa. 27. 7.*

*Ezecl. 16. 3.*

*Iisa. 11. 1.*

*Quatuor ex- quis, ex qui- bus nobili- tates peti- tur.*

*Ab antiqua illuſtrium viatorum se- rie numero- ſa.*  
2. Macha- g. 23.

## Pars III. ad V. II. 12. & 13. 323

apud Euseb. 9. de Praepar. c. 3. Aristoteles apud Clearcum l. de scimo. Eas opiniones cum vidisset Dion Cassius l. 37. Romanæ Hi- storiae, Judæi nomini originem ignorare se profiteatur. Hujus ignoracionis, atque He- braicæ originis inficiæ reddunt rationes Jo- sephus l. 1. contra Appionem, Budæus l. 4. de Aise, & partibus ejus, Medina lib. 7. de recta in Deum fide cap. 6. quos vide.

1261 Ceteram jam ergo ex ipsorum Hebreo- rum sacris Historiis originem promimus, à Moyse expressa Gen. 11. & 12. & 13. ubi Abra- hæ majoris, religionem, sapientiam, facinorūque primordia describit. Permituit autem ad Moysem tantu viri Historiam tam accuratè prodere, quoniam Hebreis scribat, qui tota nationis gloriam ad Abramum refere- bant. Matt. 1. 9. & c. 3. 9. & 1. Corint. 11.

22. Iса. 51. 2. Ecclesiasticus 44. 20. & sapè alias.

E. quidem merito, utpote virum omni-

ex parte nobilissimum. Atque in primis, si gen-

nus Abrahæ species, Semum ille magni illius ini- ciatrice mundi Noecli primogenitum,

ac post ilium septem illos recensebat atavos,

Arphaxad, Sale, Heber, Phæleg, Reu, Sa-

rug, Nachor, & Thare patrem, Avitam Abra-

ham gloriæ proveyit adhuc: nam teste D.

Chrysost. Hom. 15. in Genesim, Abraham si-

bi ipsi fuit honoris auctor. Et S. Epiphanius lib.

1. contra Haeres cap. 1. Patrem honorum ap-

pellavit. Et jure quidem; nam summam glo-

riam honoremque maximum tantus Patriar-

cha posteris hæreditarianam reliquit; quos Do-

minus non inumeros modò instar areæ, sed

clarissimos, sed illissimos, astrorum instar

promisit, Duces, Reges, Prophetas, totam-

que illius viri prolem nobilissimum. Unde Si-

racides noſter sic de eo scriptis c. 44. 20. Abra-

ham magnus Pater multitudinis gentium, & non

est inventus similis illi in gloria: qui conser-

vit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo.

In carne ejus stare fecit testamentum; & in

tentatione inventus est fidelis. Ideo jurejurando de-

dit illi gloriam in gente sua; crescere illum qua-

si terra cumulum, & ut stellas exaltari semen

ejus; & hæreditare illos à mari usque ad mare,

& à flumine usque ad terminos terra?

1262 Si pietatem vero, ac religionem ex-

poſcas, quæ magna est nobilitatis pars, mul-

titis eam nominibus in Abramum commendata-

menta invenies. Suidas verbo, Abraham, ait

nondum puber, annis scilicet natum qua-

tuordecim Patri se idololatræ strenue op-

posuit. Patria relicta, quanta fuerit virtus in

Deum pietas, testantur eximiae illæ virtutes,

quæ tum in sacris Bibliis, tum à viris Eccle-

siaſtis, summis ubique laudibus celebrantur.

Lege quæ de Abraham scribit Philo in l. Bi-

blicarum Antiquitat. Expende quæ Targum

obſervat ad illud Gen. 21. 23. Abraham plan-

tavit nemus in Bersabee, & invocavit ibi nomen

Dei eterni. Sic ille apud Lippomanum legit:

Abraham hortum plenum optimis fructibus plan-

tavit, & peregrinos suscepit hospitio, quibus gra-

atis necessaria omnia suppeditabat, nihil aliud

exigens pro pretio, nisi ut Deum rerum omnium

conditorem agnoscerent, cuius solius donum es-

set quidquid comedissent, & bibissent: & que re

vera religione institutos, & ad vitæ melioris insti-

tuta conversos dimiscebant. Cajetanus ibi adver-

tit, Abraham plantasse nemus tanquam tem-

plum, velut locum sacrum ad invocandum no-

men Domini: ut esset oratorium tam sibi, quam

aliis coentibus verum Deum. Vir Bibucè peri-  
tissimus, & Hebraica lingue, in suis manu-  
scriptis vertit ex Hebreo: Plantavit planta-  
tionem ibi crucifixi Jehovah. Quasi vol. erit  
Deus, in eo nemore seu luco arborem sibi de-  
ligere, in eaque notissimum Crucis arboris mo-  
numentum relinquere; crucem in eo arbore  
manu fidelis servi sui Abraham dicans, quem  
de passionis suæ & crucis mysterio docuerat,  
ob insignem tanti Patriarchæ pietatem.

1263 Tertium nobilitatis principium est *Abrahami sapientia*: quæ tantopere Abramus excel- luit, ut ab omnibus sapientissimi fit habitus, Ioseph.

Phil.

Et Gen. 18. 18.

ejus nomen a Philone lib. de Abraham, Pater

electus vocis, exponitur. Vide Genef. 18. 19.

Scio quid precepurus sit filius suis, & domus

sue post se, ut custodian viam Domini, & fa-

ciant judicium & justitiam. Summa utique illi

fuit imbuendorum veri Dei cognitione homi- num cura. Antequam migraret ex Haran, in

eo loco mulos ad Dei cultum traduxit, ut

perit observant ad illud Genef. 12. 5. Tulus

Genef. 12. 5.

que Sarai uxorem suam, & animas, quas fece- rant in Haran. Onchelus in paraphraſi Chal- daica interpretatur: quas subjecerant legi. Ubi Hebrei tradunt, Abramum viros, Saram verò mulieres in vero Dei cultu infiltrile, arque ita eos in Domino procreasse, juxta il- lud Apostoli ad Galat. 4. 19. Filioli mei, quos iterum partio. Sic etiam cap. 14. 14. dicitur

Gen. 14. 14.

Abralam numerale expeditos vernaculaſ suos

trecentos decem, & octo. Pro, expeditos, est

Hebraicæ chanichim à verbo chanach, id est,

initiare, erudire, imbuere vel primis etiam

rudimentis. Unde aliqui transferunt: elegit

initiatos suos; alii, tyrones suos, discipulos suos,

quos docebat domi sue: quos expeditos ju-

re Vulgatus verit, id est, scholasticos (quod

Græcum nomen latine vacante sonat) utpo- te qui immunes ac